ſ Cimus. In p̄ima parte facit mētionē illi⁹ cōstitutionis.ſ.e.oīmodo.dicēs:ꝙ si testator filio relinquerit aliq̄d:vel titulo institutionis vel donatōis:r istud euictū fuerit ꝑ extraneū vel ꝑ heredē scriptū oz repleri siue in toto siue in parte fuit euictū.nec hz locū fal.sed siue mīꝰ legitima ab iitio fuerit relictū siue legitima: ſz grauab̄:rei g̃uate diminutione tpali siue conditionali locū hēat repletio:nec ex fructibus repleat̄:sed ex bonis p̄is hereditarijs: immo nec ex eo qō gr̃a substitutionis:puta qr in legato alij fuit substitutus lucratꝰ fuerit:vel sibi habēti ꝓp̄rietatē noīe legati:vl̄ aliquo titulo a p̄e cui accreuit vsufr̄.In tertio dicit ꝙ si extraneo instituto:filio exheredato fuerit rogatꝰ institutꝰ de restituenda hereditate filio post mortē:vel vsq̄ ad certū tp̄s vt nō careat debita legitima:statim q̄rte partis fiet restitutō:r nō expectata morte heredis aut aliq̄ tp̄is iteruallo.reliquę aūt partes cum decessit heres:vel ꝓut testator dispoſuerit a quo tpe currat q̄nquēniū infra qō agere possit exheredatꝰ i.quo elapso excludit̄ a q̄rela:q̄rit̄ an.i.a morte testatoris an ab adita hereditate fm tp̄s.r rñ.ꝙ ab adita hereditate fm vlpia.r nō a die mortꝭ testatoris fm modestinū. Sed qr heres tp̄s adeunde here.posset ꝓgare r filiū sua legitīa defraudare.Statuit imperator vt si in eadē ꝓuincia cōmoretur scriptꝰ r exheredatꝰ filiꝰ:det̄ spaciū sex mēsiū ad hereditatē adeundā.Si in aduersis ꝓuincijs det̄ ei anni spaciū cōnūerandū a morte testatoris:r si intra statutū tp̄s nec adire nec repudiare voluerit:ꝑ officiū iudicis cōpellab̄.r si filiꝰ medio tpe.i.post mortē testatoris:r ante aditaz hereditatē decesserit:q̄relā lz nō ꝓparatā:qr nec libellum porrexit nec in ea lis est cōtes.ad filios transmittit:ad extraneos aūt ita demū potest transmittere:si ꝓparatā relinquat.r hoc in quarta.

c Cm antiquitas. Olim licebat militib⁹ in castrensi peculio testari militantib⁹ iure militari. veteranis aūt r qui extra rē militarē positi sunt iure cōi:r in q̄si castr.pecu.q̄bus spāliter fuerat indultū testari:puta ꝓsulib⁹ r alijs certis ꝑsonis dignitatē habentib⁹ iure cōi tm̄:r spāliter super salarijs sibi administratōnis administratis.r hoc q̄dem puīl.extēditur hodie gñaliter ad oēs q̄ rōne officij de publico salaria capiūt:sed hodie nō solū his sed in oi alio q̄si castrēsi peculio quilibet pōt testari sine timore in officio q̄rele adijciēs ꝙ sicut q̄rela inoffi.in testō locū nō vendicat militari: nec ꝺ eorū decretionē admittat̄.b vsq; ad.ſ.si em̄ rc.ibi ei dicit ꝙ b nō sine rōne introducta sunt tali argumēto subnixa:nec olim patrono ꝺ testm̄ liberti sui sup peculio castrē.i.reb⁹ in castro acquisitis cōpetit bo.pos.p̄terito eo. In fine dicit qr durāte p̄ria ptāte hac imunitate gaudent in q̄si castren. peculio sui nō iure effecti:cū nec tūc peculiū dicit̄ cōfuso patrimonio ex tunc sicut ceteri nō subiacent q̄rele inofficiosi.

De inofficio.dona. Rub.

Vt. Paterfa.filios habens q̄uor donauit duob⁹.r.vncias inter vivos.postea fecit testamentū r oēs in duab⁹ vncijs residuis instituit:demū duo nō habere inueniunt̄ nisi vnicā vnciā:r in eā legatis r fideicō.grauauit:q̄liter eis succurrat̄:q̄rit̄.rñ.ꝙ sicut cōtra extraneū instituit:filio cui debitū bonoꝝ subsidiū relictū non est datur inoffi.q̄rela:ita r his dabit̄ ꝺ duos alios q̄rela de inoffi.dona.r ꝑ eā cōsequent̄ debitū bonoꝝ subsidium.

p Ater. Pater vni ex filijs inter vivos simplici donatione cōtulit fere totū patrimoniū r in residuo postea eū r aliū filiū instituit:ita ꝙ filius in quo nō fuit facta donatio inuenit̄ mīꝰ habere q̄rta q̄liter sibi ꝓsulab̄.q̄rit̄.distiguit̄ aut ille in quē facta fuerit donatio erat emancipatꝰ: aut nō scdo casu ꝑ iudiciū famil̄.hercis.qō datū est ad diuidendum res hereditarias in quib⁹ erāt instituti:is cōsequit̄ q̄rtā eius portionis:quā erat habiturꝰ ab intestato incolumē. Primo casu qr donatio tenuit ante mortē donāt̄ nō cōfirmab̄ aget querela inofficiosi.donationis ad exēplū querele inoffi.testa.

p Recib⁹. Si inter exneos donationē inter vivos fecisti:r totū p̄imoniū exhausisti r in modico vel in nihilo filiū tuū instituisti:an aduersus donatarios cōpetat q̄rela inoffi.donationis.rñ.ꝙ sic.

ſ J filius. Superi⁹ dictū est q̄liter ꝓuideat̄ filijs:b q̄liter parentib⁹,dic ergo:filiꝰ donationē fecit in exneum r totū p̄imoniū exhausit:ita ꝙ nec remāsit matri debitū bonoꝝ subsidiū q̄liter ei.ſ.matri succurrendū sit:q̄ritur.distiguitur:aut ex ꝑsona filij pōt restitui:aut nō. In p̄imo casu nō dabitur sibi q̄rela inoffi.dona.aduersus extraneū ad exemplū querele inoffi.tes.ꝙ non datur qñ aliud supereſt auxiliū secundo casu sic.

ſ J totas. Si in filios quos emācipatos habebas credens te plures filios nō habiturū:totū tuū p̄imoniū contulisti:r postea vxorē duxisti r filios suscepisti:querit̄ an ex donationib⁹ factis detrahi possit q̄rta vt eam filij q̄ nihil habere inueniunt̄ ꝓsequi possint.dicit̄ ꝙ sic.vel fit qō q̄tenꝰ sit detrahendū ex p̄dicta donatione,r dic vsq; ad eā quātitatē q̄ sufficiat filijs:postea natis:ad debitum bonoꝝ subsidiū:vel qō fit q̄liter sit eis succurrendū.r dic ꝙ agent querela inoffi.donatio.vt ex p̄dicta donatione detrahat̄ q̄rta.

c Cm donationib⁹. Si in vnū ex filijs tuis imensam donationē fecisti:ita ꝙ fere totū p̄imoniū exhausisti. demū codicillis qō superat inter ipsum r fratrē donatarium diuisisti:an querela inoffi.dona.agere possit frater ꝺ fratres donatarium:querit̄.rñ.ꝙ sic.nisi voluntatē tuaz agnouisset: vel aliud ei auxiliū cōpetijsset:puta beneficiū in integrū: vel nisi sibi relictū ad excludendam querelā sufficiat ad exemplum inofficiosi testamenti.

ſ J mater. In.l.superiori dixit de p̄e: hic de mr̄e. pone ergo ꝙ materfa.totū p̄imoniū suū exhausit in vnū filioꝝ ꝑ donationē;alteri quedam donauit q̄ nō sufficiebant ei ad

quartam:an ei detur querela inoffi.dona.dicit.q̄ sic.

f Aliqueat. Si mater tua in fratrē tuū donationē iter vluos cōtulit:z prīmoniū suū totū exhausit ne si testamentū fuisset z te in mino:i.s.debito nature subsidio patrem fratrē tuū in maio:e instituisz testm̄ suū p inoffi. q̄rele impugnare posset:q̄liter tibi succurrat:q̄rit.rn̄.q̄ reuocabit donatio vsq; ad q̄rtā debitā nature partē q̄ p q̄relā inoffi.dona.

q Quod aūt. Pater tu⁹ matri tue p̄diū donasset ostante mr̄imonio nō tenuit donatio:z illud fratri tuo cōtulisset pr̄e cōsentiente:pinde est ac si pr̄ donauit:z ita reuocare nō potes in cui⁹ bonis si cōsiliū z euētus euenerit q̄ pōt si alienasset in fraudē filij ne haberet suā quartā qō in prīmonio patris statutū est:vt.s.diminuat rōne q̄rte. Illud idez in prīmonio pr̄is obseruet:vel sic:si ea q̄ mater cōtulit in filiuz si cū in bonis fuerūt pr̄is:vt si pater donauerat vxori vt ipsa donaret filio nō valuit inter virū z vxorē donatio.vñ debēt intelligi data de bonis pr̄is:z si p illas donatiões de facto det filijs debita bonoz subsidio:rōne quarte obseruabitur quod supra dictum est.

n On cōuenit. Nulli venit in dubiū q̄n sit silitudo inter q̄relā z inoffi.test.cā:q; in cā vtriusq; inest exclusio in tpe.q; sicut vna infra.v.an.dat z non vltra;sic nec alia.q; sicut vnā tollit ingratitudo:ita z aliā.

De inoffi.dotibus. Rub.

c Am omnia. Aliqua mulier liberos habēs ex p;imo mr̄imonio: conualuit ad scōm matrimoniū:secūdo viro oia bona sua dedit in dotē:fecit pactū de dote lucranda:q̄liter liberis p;imi matrimonij succurrendū sit:queri.rn̄.q̄ in exemplū ,offic.do. dabitur liberis querela inoffi.dot.

De petitione hereditatis. Rub.

f Enatus Hereditas alicui⁹ decedentis facta est caduca q̄ olim fisco deferebat:ꝺ possidentē istā hereditatē agebat fiscus:cui possesso:ꝺ dēnatus est.sed q; dubitabat in quib⁹ z inquātū nūc deberet ei cōdēnari. fecit adrianus impato: senatuscō.quo cauebat quid ex quo tēpore deberet fisco cōdēnari:hoc senatuscō. innouat impato: titus cui⁹ est hec lex: dicēs q̄ nō solū habet locū si fisc⁹ a p̄uato:sed etiaz si p;iuat⁹ a p;iuato petat. In scōa descendit ad spēs:z pone sic.tres habet partes hec lex. In p̄ma facit mētionē cuiusdā senatuscon.qō locū hz cū fiscus a p̄uatis hereditatē petebat fm antiq̄ iura.vt.ff.de peti.here. Itē p̄uatorū q̄ habebat locū silr fm iura.C.cū p;iuat⁹ a p;iuato hereditatē petebat. In scōo dicit hereditatē ad me ptinentez possedisti bona fide:z ante lit.cōtes.fruct⁹ z p̄cia ex vēditione rerū p̄cepisti:neq; vsuras neq; fruct⁹ p̄dioz reddere cogēdus es:nisi factus sis locupletioz. In tertia dicit q̄ post lit̄ cōtes.cū p litis cōtes.sis fact⁹ malefidei possesso: nō solū fructus quos p̄cepisti:sz quos p̄cipere potuisti. Itē vsuras p;ecioz ex vendit̄one rerū ante lit.cōtes.redactoz:a tpe lit.p̄tes. cōputandos restituere cōpelleris.

f Si post motā. Titius seiū instituit heredē:seius cōuētus a legitimo herede:puta gaio:sempronio vendidit partē dimidiā:demū hereditate euicta:an fruct⁹ teneat sempron⁹ restituere. Si vero decessit heres eius:q̄ritur. distinguitur:aut post motā cōtrouersiā emit; aut ante. p;imo casu tam ipse q̄ eius heredes tenent ad fruct⁹:z cū ista parte cōtinua illud verbū fructib⁹ eīi ꝛc.z dic auget hereditas.i. hereditatis petitio.scōo casu nō:nisi a tpe lit.cōtes.nō mote cōtrouersie.vt.s.l.pri.dictū est.z hec vera sunt cū vniuersitas empta est. Si vero emptoi res singulares p actionē in rem vendicari possent ab eo nō petitōe hereditatis;q; titulū hz z hoc in p;ima parte:z scōa z tertia.

b Ereditas. Petij a te hereditatē matertere mee quā credebā ptinere ad me cū nō ptineret:z succubui.si postea me heredē instituisti;tu verus heres;an mihi petēti ,eandem hereditatē ex successione tua ab aliquo possidēte obstabit rei iudicate exceptio:queri.rn̄.q̄ nō. videbat q̄ sic.q; in hac hereditate semel succubui:sed nō est ita.q; ex alia successione nūc ago. Itē q; nō eadē psona est q̄ cōueni⁹:q̄ essz huius.l.dubitatio.dic g̃ fm Jo.hereditatē nec ad te nec ad me ptinentē:sed ad seiū a te petij z succubui:postea instituit me seius:z a te eadē petij:an obstabit exceptio:queri.rn̄. q̄ nō q; nūc ex alia cā ago.videbat q̄ sic.q; eadē est psona q̄ conueni⁹:z eadē res q̄ peti⁹:sed nō est eadē cā.z hoc in p;ima.sz si petebā hereditatē pr̄is mei.q; dicebā testm̄ eius inofficiosum:z succubui.si postea peto:q; tm̄ testm̄ dico ipso iure nullum.q; sit ruptū p capitis diminutionē an obstabit mihi exceptio rei iudi.q̄ritur.rn̄.q̄ nō.q; nunc ex alia cā ago. q; dico testm̄ nūc ruptū vel falsum.z hoc in scōa.

i Restituēda. Hereditatē ad me ptinentē possedisti bona fide egi ꝺ te z succubuisti:an p retentionē cōseq̄ possis qō ,pbaueris in fun⁹ defuncti:vel infirmitate ei⁹ ipendisse:q̄ritur.dici⁹ q̄ sic. Idē est si creditoz ib⁹ hereditat̄ ,pbaueris te soluisse bona fide.q; a creditoz ib⁹ qō sibi debitū solutū est repetere non poteris.z hoc dicit cū.l.seq.

f Iputas. Habebas filiū z ex eo nepotes;filiū emancipasti nepotes in ptāte tua retinuisti:decessit fili⁹ dati sunt tutores nepotib⁹:cū dubiū esset eos in ptāte tua esse cognoscet iudex de vtraq; qōne.s.de hereditate:z an eos in tua ptāte retinueris:z si comperiat eos in tua ptāte esse nō tenebit datio.vl̄ sic.habui filiū:est emancipat⁹: habui nepotes ex eo:si dicat q̄ post emācipationē eos substituerit z qō eo mortuo nō sunt in ptāte mea: sed eis dati sunt tutores:z postea cōperio eos i ptāte mea esse.q; natos ante filij emācipationē:an possim hereditatē petere filij:p nepotes mihi q̄rtam:q̄rit.dicat q̄ possum fm iura vetera:z remouere tutores.p;ima positio verioz est.z plus cōcordat cū lr̄a.

b Ereditatis. Certū est dari cōtra eū q̄ possidet p herede vel p pos.peti.here. Sed queri. an possesso: excusetur ,ppter longi tp;is exceptionē. Rn̄.q̄ non.q; peti.heredi.mixta est in rē z in psonā.vñ dat vsq; ad.xxx.an.que autē vere reales sunt vsq; ad longū tp;s durant:nisi possesso: per vsucap.vel longi tp;is p̄scriptionē dn̄s fact⁹ fuerit. Sin aūt singulas res velit q̄s vendicare pōt repelli per vsuca.vl̄ longi tp;is p̄scriptionem.dic ergo q̄ actionū alie sunt reales alie sunt psonales:alie mixte.reales tollunt spacio.x. inter p̄sentes.xx.inter absentes:cū dat per possidētē bona fide z titulo. Si vero nō possideant titulo tollunt spatio.xxx.annorū.psonales.xxx.an.ypothecaria tm̄ tollit vsq; ad spatiuz.xl. an.mixte tollunt spatio.xxx.annoz.

l Iber. Petebā a te hereditatē titij: dicebas titiū esse seruū tuū:p;ius inquirēdū est fuerit seruus necne antequā intentet hereditatis petitio.

f Iscripti. Titius duos cognatos suos heredes scripsit:scripti hereditatē repudiauerūt:si cognat⁹ ali⁹ de iure p̄toio vel agnatus de iure ciuili eā q̄siuit:an res hereditarias ab alio possessas peti.here.petere possit:q̄ritur.respondetur q̄ potest.

f Ilius. Delata filiofa.hereditate iussit pater vt eā adiret:fili⁹ nō obtēperans:postea penitētia duct⁹ eā adiuit longo tpe detinuit patre patiente z cōsentiente z sciente:an patri quesita videatur:queritur.z dicitur q̄ sic.

c Ogi. Primo ponit regl̄am:deinde subiungit exceptionē.regula talis est.null⁹ possesso: compellend⁹ est dicere titulū sue possessiōis nisi in hereditat̄ petitiōe vbi cōpellend⁹ est possesso: dicere:vtrū ,p h̄de vl̄ ,p possesso:e possideat:nō vt habeat q̄ ,p titulo sed quedā modificatio siue q̄litas est possidendi.

c Im hereditat̄. In p;ima parte dicit impato: quādam antiquitatē.olim em̄ si testato: scripsisset heredez z lis sperabat moueri a legitimo ꝺ scriptū heredē peti. her̄. interim nec credito;es debitū petere poterāt nec legatarij legatū:vel serui libertatē:sed differebat istoz petitio donec fiē accepisset here.petitio:ne possz p̄iudiciū fieri peti.here.et hoc in p;ima . In scōa dicit,hodie oēs habēt electionē: vel

ex cõmodato vel ex depoſito:vel ex alio ℨctu: vel ex mutuo cõueniendi poſſeſſorẽ vel petitorẽ ſi fuerint legitimi q̃ petãt legata q̃ debenť eis ab herede ſcripto eoq̃ poſſeſſore cautione pſtita a legatarijs de reſtituendis legatis ſi cõtingat ab eo hereditatẽ p̃ peti.euinci:vt ſi legatũ cõſtiterit in domũ ℨ fundo:fundũ ℨ fructꝰ ℨ domũ cuz poſſeſſionibꝰ reſtituat:ſi in pecunia.pecunia:cuz vſuris creſcentibꝰ ex q̃rta centeſime deductis tñ neceſſarijs ℨ vtilibꝰ ipenſis q̃s fecit legatarius in legato.Si aũt expectaret quouſq̃ iminere de hereditate qõ põt:ℨ ſi fuerit reſtitutio faciẽda itegra legata cũ augmẽto percipiat.ℨ hoc in ſcõa.Creditores aũt q̃ defunctũ habebant obligatuz ex q̃cunq̃ cã ſatiſfieri eis debz:ſed poſſeſſor victꝰ nõ aliter here.reſtituere teneť p̃riuſq̃ a petitore qõ ſoluerit fuerit cõſecutꝰ.Sed ſi petitor ſoluerit victꝰ a poſſeſſore iudicis officio repetet vel neg.geſt.act.vel cõditione ex.l.iſta ℨ hoc in tertia.Serui q̃bus data eſt libertas ſiue directa ſiue fideicõ.expectabũt vſq̃ ad annũ: vt ſi poſſeſſor fuerit victus:euaneſcãt libertates:ſi obtineat cõpetãt:ℨ poſt annũ ꝓueniãt ad libertatẽ niſi in vno caſu.ſ.qñ teſtiñ ꝓnunciatur falſum.Si aũt aliq̃s ex ſeruis fuerit actor manumiſſus:reddet rõnem poſt annuz. Itẽ peti. here.act.bo.fi.eſt: necq̃ fit bonefidei in poſterũ dubitabať.ℨ hoc in vltima.

De reivendicatione. Rub.

e **Tiam** . Si ſeruũ alienuz poſſediſti bo.fi.ℨ ex re tua vel operis ſuis q̃ſiuit.dño ſeruũ vẽdicanti reſtituere debeas ea q̃ tibi q̃ſiuit: q̃riť. diciť q̃ nõ.ſecus ſi mala fide poſſeſſor fuiſti.qz nõ ſolũ ipſum:ſed q̃cq̃d habet:ℨ operas ℨ operarũ eſtimationẽ.

i **Aferiorẽ**. Habebas domũ:vicinꝰ ſupedicauit:faciẽdo eã altiorez:qõ ſupedificauerat eſt cuiꝰ dñio cedat: an ſupimponentſ an cuiꝰ erat inferior pars domꝰ:queriť.dz q̃ dño cedat. Itẽ in ſolo meo in q̃ edificatũ nõ erat edificauit vicinꝰ:nec cõſtante edificio materiã ſuã vendicabit por dñis:ſiue edificiũ fuiſſet extructũ bona fide ſiue mala:ſiue ab eo cuiꝰ erat ſolũ:vel ab extraneo de aliena materia ſiue ex ꝓpria:bona tñ fide.Si aũt mala fide:aut ab eo cuiꝰ fuit materia:in hoc tertio caſu donaſſe videť.vł dic ſiliter qõ ad dominũ p̃riorem redit:niſi aio donandi edificauerit ſm.**O**.

m **Ater**. An mater vel maritꝰ poſſit vendere fundũ filie:ipſa inuita vel ignorante.diciť q̃ nõ.ſed filia eũ vẽdicare poterit:etiã nõ oblato p̃cio.ℨ hoc in p̃ma.Si aũt poſtea p̃ cõſenſum filie vẽditio ratificata eſt:vel ab ẽptore fundus ſit p̃ſcriptꝰ cõtra emptorẽ nullũ habet regreſſum:ſed in ſubſidiũ circa venditorẽ act.neg.geſ.egit ad p̃cium. ℨ hoc in

a **Uerſus**. De fundo meo me deieciſti titio ſcõa. bona fide emẽti vendidiſti:poſtea eundẽ fundũ ſeruo legaſti:an a titio eũ vendicare ſeius poſſit.rñ.q̃ ſic.niſi fuerit p̃ſcriptꝰ.vł pone in tribꝰ pſonis aliq̃s rẽ meã bona fide emit a malefidei poſſeſſore:an eã vẽdicare poſſim:q̃ritur.diciť q̃ ſic. niſi mihi obſtet vſucapio vel p̃ſcriptio. p̃ima verior eſt: ꝓpter illud verbũ ad te ꝓuenit.in fi.

d **Omũ**. Domũ ex ſucceſſione matris mee mihi ptinẽtem inuaſiſti:ℨ ex ea poſſeſſiones pcepiſti:in eaz dãna dediſti:an in reſtitutione domꝰ veniãt poſſeſſiones:q̃riť.dicitur q̃ ſic.nec ſolũ penſiões q̃s pcepit:ſi quas pcipere potuit reſtituet ℨ dãna reſartiet.ℨ hoc in p̃ma.an aũt ipenſas ſi q̃s in ea fecit repetere poſſit:queriť.diſtinguiť:ſi neceſſarias fecit repetet:ſi vtiles eas aufert ſine leſione p̃rioris ſtatꝰ rei ℨ hoc in ſecunda.

ſ **J** ex ea. Penes me tuã pecuniã depoſuiſti:eã in emptionẽ p̃dioꝝ collocaui noie meo:an res emptas vendicare poſſis:vtpote ex pecunia tua cõparatas:queriť. dicitur q̃ nõ.nec omnes:nec q̃ facta ex eis a me cõpẽſandi gratia recuperare poteris.

p **Artũ**. Si ex ancilla mea tu liber filiuz ſuſcepiſti:an eũ vt ſeruũ vendicare poſſim:queriť.diciť q̃ ſic.matris eñ ℨ nõ patris ſequitur cõditionẽ.

ſ **J** vt ꝓponis. Si ex pecunia tua quã miles apud te depoſuit funduz tuo noie cõparaſti:an p̃ fundo ſibi debeť rei vendic.q̃ritur.diciť q̃ ſic.obtentu militie.ℨ ſic ſoluiť **J**.l.ſi ex ea. Itẽ aget cõtra te act.mandati:ſi mandato tuo emiſti: vł nego.geſto.

d **Ote**. An ancillã tibi ab vxore datã i dotẽ vẽdicare poſſis:queriť.rñ.q̃ ſic.nec eñ vxor tua vendicare poterit.vł dic q̃ vxor egit rei ven.ℨ ſuccubuit:an tu nihilomiꝰ eã vendicare poteris:q̃ritur.p̃ima poſitio verior eſt.

c **Elm** ſup. Seruũ vt vernã ex ancilla natum poſſedi eũ vendicare volebã:ſi de intentione mea ꝓbare p̃ inſtrumẽta nõ potui:an p̃ interrogationẽ ipſius ſerui ℨ per teſtes ꝓbare poſſim:q̃ritur.rñ.q̃ ſic.

ſ **J** quis. Sciens alienũ agrũ ſeuiſti vel plantã impoſuiſti cuiꝰ dñio cedit q̃ ſertum vel ſatũ eſt:q̃ritur.diciťur q̃ dño ſoli cũ radices egerint:dño eñ accedere ſolum facit plantã vel ſegetẽ ſuã.i.ꝓpriũ dño.q.d.p̃ ſolum acq̃riť domiñuz in ſegetẽ:vel plantã magisq̃ acq̃ritur plantatori q̃ ſeminatori dñium p̃ ſatũ ſuuz q̃tꝰ per plãtationẽ vel ſeminationẽ.ℨ hoc in p̃ima.

ſ **J** aũt. Bona fide ſeuiſti:dño vendicanti q̃ ſemina tũ eſt obſtabit doli exceptio:niſi impenſas q̃s feciſti p̃ ſtiterit.ℨ hoc in ſecunda.

i **Uiuile** **Mancipiũ** mihi vendidiſti ℨ tradidiſti:ſed nondũ p̃ciũ ſolui:an p̃ reſcriptũ p̃incipis illud me iuito auocare poſſis:q̃riť.diciť q̃ nõ.ſed partus poſt traditõez editus dñi eſt.ſ.tuꝰ ſicut ℨ mater.ℨ hoc in p̃ima.Si aũt p̃ciũ nondũ tibi ſolui:aduerſus me ad p̃ciũ agere potes. et b in ſecunda.

o **Rdinarij**. Inter te ℨ me de ſeruis quibuſdã p̃ iterdictũ vtrobi erat qõ.qz dicebã dñium ℨ poſſeſſionẽ naturalez ptinere ad me:an poſſit ſimul cã ꝓprietatis intentari: queritur.rñ.q̃ nõ.ſed ſeruis exhibitſ agã cãm p̃mo.ℨ deinde cãm ꝓprietatis.vel ſic.cõueni te poſſeſſorio coꝝ vno iudice:voluiſti me cõuenire petitorio coꝝ alio:queriť an poſſis.rñ. q̃ non.qz p̃imo agitãda eſt cã poſſeſſionis:ℨ deinde ꝓpetatſ

c **Elm** a matre. Sciẽs a matre mea domũ meã emiſti: an eã vendicare poſſiz:queriť.diſtinguiť. aut ſucceſſi i totũ:ℨ in totũ repellar.aut in parte:ℨ ꝑ parte.qz heres ſum doli mali excep.me repelles:ſi nõ ſucceſſi nec repellar.

q **Otiẽs**. Elendidiſti mihi ℨ tradidiſti ℨ alteri ſiliter vendidiſti:q̃s noſtruz potior ſit:q̃ritur.diciť q̃ poſſeſſor cui tradita eſt nec p̃textu inſtroꝝ emptionũ q̃ nõ tradidiſti poterit mihi cedere poſſeſſionẽ ℨ a te p̃ciũ recuperabit cũ vſuris:habita cõpẽſatõne fructuũ quos pcepit:ℨ ſumptuũ vſq̃ ad cõcurrentẽ q̃ntitatẽ.ℨ hoc in ſcõa.ℨ perinde potiorẽ eũ eſſe in vẽdicatione poſſeſſionis cui p̃ꝰ tradidiſti. ſicut ſi mihi ℨ ei donaſſes illi p̃rius aũt eã tradidiſſes. ℨ b in tertia.

i **Marea**. In area mihi ℨ titio cõi edificaſti:cuius erit edificiũ:q̃ritur.diciť q̃ ptinebit ad meꝝ titiũ.ſi aũt portionẽ tuã vendicauero a te poſſidente:ℨ nõ ſumptꝰ quos feceris reſtituero: obſtabit mihi vendicanti do.ma.exceptio.

ſ **J** fundũ. Si tibi volenti fundũ meũ emere a nõ dño denunciaui ne emeres.qz nõ erat vendentſ quẽ emiſti: an ad fundum ℨ ad fructus quos percepiſti mihi teneariſ queritur.dicitur q̃ ſic.

r **E**. Si rem meã quã ignorabã meam tenuiſti:ℨ p errorẽ iſtã cõduxi:an mihi p̃iudicať quo minꝰ eam vendicẽ:queriť.diciť q̃ nõ.niſi vſucapta ſit vel p̃ſcripta.

i **Mdicia**. Fundũ tuũ a titio poſſidente vẽdicaſti itentionẽ tuã per inſtra ꝓbare non potuiſti:an alijs ꝓbationibꝰ vti poſſis:queriť.rñ.q̃ eũ a te petere debeo.

a **Poſſidentibꝰ**. Seruũ meũ a poſſidente vendicaui ℨ obtinui:nec reſtituere vult.qz dolo fecit:quo minus poſſet qualiter mihi ſuccurrať:q̃ritur.rñ.q̃ iuramẽtũ in litez mihi a iudice detur:ℨ iurabo ꝓ quãto nollem ſeruo carere ℨ intanto mihi condẽnabitur.

c **Ertum**. Si fundũ meũ a non dño ſciens emiſti: poſt reſtitutionẽ rei ad fructus teneris nõ ſolũ extantes ſz etiã cõſumptos.bonefidei aũt poſſeſſor ante litẽ cõteſtataz ad fructus extantes.ℨ hoc in ſcõa parte.poſt aũt litꝫ cõteſt.

omnes restituenť.ꝛ hoc in tertia.

ſ Jmancipiū. Mancipiū surripuisti mihi: vel abstuli ti ꝛ vendidisti:an ab emptoꝛe vendicare possim nō ob lato pꝛecio:queritur.dicitur ꝙ sic.

n Ullo. Si rem meā sine titulo possedisti:nec triennio nec decēnio q̄sisti tibi dn̄iū:an mihi reuerso ab hosti bus detur directa vendicatio cessante beneficio actionis re cisoꝛio:queritur.rn̄.ꝙ sic.

ſ Olēnibus. Si p̄diū fiscale possedisti ꝛ in solutione pēsionis cessasti:ali⁹ aūt noie suo plurib⁹ annis soluit qō soluere debuisti ꝛ fisco satisfecit:an videať sibi q̄sitū do miniū:queriť.rn̄.ꝙ non.nisi fiscus solēniter p̄ solutione sibi facta pꝛedium ei vendidisset.

m Oꝛe. Si fundū ad me pertinentē.p.x.annos ꝛ dimi diū possedisti:demū cū incepi vēdicare ꝛ lite pēdente cōpletū sit decēniū:an tps qō currat post lit.contes.tibi p̄fi ciat q̄ magis videaris p̄scriptionē cōpleuisse:q̄riť.rn̄.ꝙ nō.

r Es. Si rem aliena interuenire iusta cā possedit quis an illā vendicanti mihi ꝛ non p̄banti eam esse meam cogatur restituere:queritur.rn̄.ꝙ non.

De vsufructu. Rub.

ſ Jvsufruct. Oulier p̄ volūtate sua instituisti tuto hꝛede marito vsufru.omniū bonoꝛū ꝛ eoꝛ q̄ vsu cōsumūtur legitime reliquit an a debitoꝛib⁹ hereditarijs petere pecuniā possit: nisi pꝛi⁹ satisdederit de tanta pecunia restituenda si moꝛiať: vel capi te minuať.rn̄.ꝙ nō.etiā si testatrix onus satisdandi remisisſ

v Erbis. Si mihi in fundo vsumfru.legasti:an titio p̄ pꝛietatem possis obligare:queriť.rn̄.ꝙ sic.

ſ Jpatri. An vsufructuari⁹ decedēs vsumfru.trāsmit tat ad hꝛedes:queriť.rn̄.ꝙ non. sed moꝛte fructuarij vsufru.cū p̄pꝛietate cōsolidať.ꝛ hoc in pꝛima. an aūt p̄pꝛie tario decedēte vsufructuario superstite extinguať vsufru. di citur ꝙ non.ꝛ hoc in secunda.

v Sufruc. Jn fundo tuo vsufru.mihi legasti:an vtifrui possim anteq̄ satisdem boni viri arbitratu ne p̄pꝛeta tem ledā:q̄ritur.dicitur ꝙ non.ꝛ hoc in pꝛima.nec refert quā tum ad satisdationē p̄standā fuerit vsufruc.legat⁹:vel inter viuos cōstitutus.

ſ Jpater. Elsufru.fundi legauit marit⁹ vxoꝛi vsq̄ ad annos pubertatis filij sui īpuberis ipso facto pubere nihilomin⁹ vxoꝛ sciens vsufru.p̄cepit:an fructꝰ illi⁹ tp̄is qō fluxit post pubertatē fili⁹ a mſe petere possit:q̄riť.ꝛ dꝛ ꝙ sic.

i Nterest. Tres casus videť ponere hec lex. Pꝛimus est:cū vsufructuari⁹ pꝛietatē obligare vult cū sua nō sit.ꝛ hoc iure cōi.qꝛ res aliena obligari non pōt. Scō casu nō pōt p̄pter ius spāle.ſ.p̄pter.l.iuť.fundi dotalis:q̄ phibz obligationē ad pꝛimū casum in lꝛa respondet.nam vsufruc. ad scōm vero rn̄.p̄pter hoc supple vsufr.nō potuit ꝛc. Si li ter nec pꝛietatē cui dos inestimata data est.ꝛ hoc in p̄ma. Jn tertio casu q̄ pꝛietas estimata in dotē data est eā pōt maritus obligare:licet soluto matrimonio estimatio eius ad mulierez sit reuersura.ꝛ hoc in secunda.

c Elm vsufru. Elsumfructū dom⁹ mihi legasti modica īpendia sustinere debeo in reficiendo ne modica refec tione deficiēte ligna ꝛ talia pereant:ſz si in ea plus īpendi q̄ ad me pertineat:an a dn̄o p̄pꝛietatis repetere possim:q̄ri tur.dicitur ꝙ sic.

n Eqꝫ. Si mihi ꝛ hꝛedi meo in fundo vsufru. legasti: ꝛ illū.x.vel.xx.an.pcipim⁹.an spacio longi tp̄is sit no bis acquisita p̄pꝛietas:q̄ritur.rn̄.ꝙ non.nec dn̄o p̄pꝛietatē suam vendicanti obstabit longi tp̄is p̄scriptio.

v Sufruc. Elsufruc.quoꝛundā p̄dioꝛū ꝛ mancipioꝛū est matri nostre legat⁹:an ea alienare vel manumitte re possit:queritur.dicit ꝙ nō.ꝛ hoc in pꝛima. Jdē est si mini steriū alicui⁹ serui ei legasti.qꝛ eū nec manumittere nec alie nare poterit.ꝛ hoc in scōa.

ſ Jdn̄a. Si mulier vxoꝛi tue vsufruc.fundi locauit sub annua pensione:ꝛ decessit cōductoꝛ:an ad p̄pꝛietatē reuer tatur vsufru.q̄ritur.rn̄.ꝙ sic. vel dic ꝙ illa q̄ locauit decessit vxoꝛe tua supstite:an moꝛte eius finit⁹ sit vsufru.queriť.dicit ꝙ nō.ꝛ hoc in casu expone cōductricis.i.locatricis. Locatri cis.i.cōductricis.fm pꝛimū casum oīa accipiunť p̄pꝛie.

h Abitatio. Si habitationē i domo mihi legasti ꝛ de cessi: an eā transmittā ad hꝛedē: q̄ritur. dicit ꝙ nō.ſz moꝛte finiť.ꝛ hoc in pꝛima.nec si p̄pꝛietatez dom⁹ legaui in quā habitationē habui quo min⁹ eam vēdicare possim:dn̄o non pꝛeiudicaui.ꝛ hoc in scōa.

a Obiguitatē. Si vxoꝛi vsufru.alicui⁹ fundi legasti vsq̄ ad.xij.an.filij tui:ꝛ fili⁹ tu⁹ ante.xij.an. etatis de cessit:an in vlteri⁹ tp̄s ꝙ vsufru.erat relict⁹ extendať.dicitur ꝙ nō.nec refert siue fili⁹ ad eā etatē puenerit:siue nō: an aūt si fructuari⁹ ante illud decesserit tp̄s transmittet ad hꝛedē: q̄ritur.rn̄.ꝙ nō.ꝛ hoc in pꝛima. Si aūt mihi vsufruc. legasti q̄diu filius tu⁹ esset in furoꝛe:an si resipuerit finiť vsufi.dicit ꝙ sic. Si aūt in furoꝛe decesserit: vsq̄ ad tp̄s vite mee exten ditur vsufru.qꝛ potuit esse q̄diu viuerē nō pueniret ad sanā mentē.vn̄ humanū est vt in tp̄s vite mee penes me resideret vsufru.sicut eñ me vel furoꝛe finito extinguiť vsufru. Sed si in furoꝛe fili⁹ decessit eū nō extinguit ꝙ moꝛs sanā mentē p̄ cessit:imo nec sana mens secuta est:cum iam sit moꝛtuus an

c teq̄ resipueret.

Um antiquitas. Testm̄ feciſti:hꝛedē instituisti: habi tationē mihi legasti:cū erat dubiū an legatū habitatiōis es set vsus vel vsufru.vel nuda p̄pꝛietas. Jtē an ille cui habi tatio erat relicta possz eā alij locare. Jtē an legata habitati one videať testatoꝛ p̄pꝛietatē legasse ad pꝛimā. rn̄.impatoꝛ ꝙ habitatio est ius q̄ddā per se neq̄ vsufru. neq̄ vsus. Jtē alij pōt euz legatari⁹ locare:nec refert vtrū ipse maneat an alius vt mercedē accipiat. Ad tertiū rn̄.ꝙ habitatione lega ta p̄pꝛietatē rei legate vendicare nō possum:nisi testatoꝛē b exp̄sse dixisse p̄bauerit.i.velle dn̄iū ad legatariū pertine re.ꝛ hoc in secunda.

a Ntiquitas. Olim si testatoꝛ alicui nudā p̄pꝛietatez fundi retento vsufru.p̄ hꝛede legasset:dubitatio erat an va leret legatū q̄busdā asserentib⁹:q̄busdā negantib⁹: cū iō nū q̄ esset reuersurus vsufr.ad p̄pꝛietatē p̄pter hoc ꝙ scōs hꝛe res ꝛ deinceps vsq̄ in infinitū cū sint hꝛedis hꝛedes ꝛ te statoꝛis haberet hūc vsufructum.hanc dubitationē decidit impatoꝛ dicēs hoc legatū valere.ſ.p̄pꝛietatis moꝛtuo.ſ.pꝛi mo hꝛede:vel capite minuto.quare eñ talis vsufru.tale p̄ uilegiū sibi vendicat vt generali intētiōe nō excipiať: cuz ea q̄ generaliter dicunť:generaliter intelligunť.vt.ff. de lega.i. l.i.§.generaliter.

i Nter. Olim si testatoꝛ seruo alterius vsufru. legasſz ꝛ sic dn̄s per seruū acq̄siuisset vsufru.ꝛ dn̄s dubitabať fuuz alienasse p̄ parte non finireť:vel in totū vel ad p̄pꝛietatem rediret:an penes dn̄m remaneret.circa hanc dubitationē re citanť opiniones.vna erat qꝛ si testatoꝛ partē serui alienasſz in totū finireť vsufru.Sed si in parte remaneat:qꝛ siue sic si ue sic apud dn̄m remanebat integer vsufru.ꝛ hāc opinionez appꝛobat in p̄statione ꝙ b obseruet:vt sicut ab initio apud dn̄m intelligiť vsufr.ita ꝛ nūc:ꝛ si fu⁹ p̄ parte fuerit alienat⁹

c Oꝛruptionē. Jn pꝛima parte hui⁹.l.dicit ꝙ oli erāt certi modi p̄ quos finiebať vsufruc.moꝛte capit⁹ dimi. vsufru.nō vtēdo.de actiōe.ſ.p̄sonali ex testō:vel ex stipulatu si in stipulationē deduct⁹ esset vsufru.p̄ quē petebať vsufru. certū q̄si erat satis qō moꝛte vel capi.dimi.vsufruc. tollebať sed dubitabať an anno vel biennio actiones tollerenť sicut vsufru.hanc dubitationē decidit impatoꝛ statuēs ꝙ vsufru. anno vel biēnio nō vtendo nō finiať:nec actiōes cōpetētes ex p̄dicto tpe si fructuari⁹ tacuerit nec petierit nisi p̄scriptio dn̄o vendicanti obijci ꝙsueuit:puta.x.inter p̄sentes.xx.inter absentes:tanto tpe actio perit.ꝛ hoc in pꝛima. Jn scōa dicit nō qualibet capitis dimi.finieť vsufru.sed maxima ꝛ media sed nō minima.ꝛ ponit simile in filiosa.

c Xlibꝛis. Si filiosa.testatoꝛ vsufruc.alicui⁹ fundi le gasset si dn̄s p̄ seruū vel pater p̄ filiū vsufru.acquisisset

dubitatio esset an media vel maxima capit̃ dimi. vel morte vel emancipatione filij vel serui alienatõe: vel manumissione finit⁹ esset vsufru. vel penes patrẽ dñm: quib⁹ p seruũ vl̃ filiũ acquisit⁹ erat remaneret. hanc dubitationẽ decidit impator: qr nõ obstante calamitate filio vel seruo cõtingẽte vsufruc. apud patrẽ vel dñm integer maneat. hoc in pr̃ima. Si aũt pater vel mediã vel maximã capi. dimi. passus fuerit: vl̃ decessit: an ob hoc penes filiũ remanebit vsufru. cui erat acq̃situs vsufru. cũ eẽ magis testatorẽ filio cõtẽplatione filij q̃ patris reliquisse nihilomin⁹ manet apud filiũ. ⁊ hoc in scõa. ⁊ no. q̃ de dño rõnem nõ fecit capi. dimi. ⁊c. ſz in ea dubitatio non esset.

¶ De seruitute ⁊ aqua. Rub.

Glo. ponit casum: dic vt in ea. ponit tamen casum in fi. rubr̃ice: quere infra.

ſ Jquas aquã. Per agrũ meũ me sciente nec ꝓhibente per. x. an. inter p̃sentes. vel p. xx. inter absentes duristi: an sit tibi q̃sita seruit⁹: q̃r̃it. rñ. q̃ sic. exẽplo rerũ ĩmobiliũ. ⁊ hoc in pr̃ima. Si aũt ante ipletã p̃scriptionẽ ꝓhibui ne duceres post ꝓhibitionẽ in agro meo op⁹ aliq̃d vt aquã ducetes: extruxisti: puta canales vel riuulos: nec fruct⁹ quos fecisti repetes: nec qõ extruxisti ad te pertinebit.

e ¶ in ꝓuinciali. An in p̃dio ꝓuinciali possit seruitus cõstitui: q̃ritur. dicit̃ q̃ sic. p̃cedentib⁹ his q̃ ad seruitutẽ cõstituendã sunt necessaria: puta p actõ. ex stipu. ⁊c. ⁊ hoc in pr̃ima. ⁊ si post ꝓstitutionẽ seruitutis p̃diũ alienatũ fuerit transit cum suo onere. ⁊ hoc in secunda.

a Quã. An vicin⁹ aquã que in fundo vicini oriat̃ eo inuito ad irrigandos agros suos ducere possit: nũq̃d ⁊ tu me inuito cui seruit⁹ aque ducẽde cõstituta est a tuo fundo alij ducere aquã ꝓcedere ducere posses: q̃ritur. dicitur q̃ nõ. ⁊ hic est casus quẽ habes. ff. de ser. rust. p̃di. ex meo. vl̃ sic Cõcessi tibi vt duceres aquaz: inuito te cui cõcessi pr̃imo: an possim alij scõo cõcedere: q̃ritur. dicit̃ q̃ nõ. ⁊ hũc casum habes. ff. de aq̃ q̃ti. ⁊ esti. lutio. ff. de seruitu. p̃dio. p aquã. magⁱ placet pr̃ima positio: qr cõcordat cũ lr̃a.

ſ Jquid. Habebã seruitutẽ in domo tua recipiẽdi stillicidiũ aliq̃d extruxisti p qõ ipediebat̃ seruit⁹: an agere possim ꝺ te: vt ad pristinũ reducas statũ: q̃ritur. rñ. q̃ sic. in hac actione veniet dãni rõ qõ passus sum: qr seruitute mea vti nõ potui.

p Reses. Habebas fontẽ ex quo ducebas aquã ad irrigandos agros tuos. volebã te inuito de eodẽ fonte aquã ducere ad agros meos: an possim: q̃ritur. dicitur q̃ non.

ſ Jmanifeste. Debebas mihi seruitutẽ aque mihi a te aũ ꝓfiscationẽ ostitutã: q̃r̃it an directe post cõfiscationẽ ducere possim. rñ. q̃ sic. ⁊ ageẽ corã ꝓuratore cesaris qui cognoscet inter pr̃iuatũ ⁊ fiscũ. vel sic. cõcessi tibi seruitutem aque ducẽde de fonte meo vis aliter ducere eã q̃ solit⁹ eras vel ꝺ forma in cõstitutione fuitut̃ apposita: an possis: q̃r̃it. dicit̃ q̃ nõ. ⁊ hoc ꝓuidebit ꝓurator cesaris: si ad fiscum deuoluat̃ p̃dium. pr̃ima positio verior est.

a Ltius. Si dom⁹ tua domui mee altius nõ tollẽdi seruitutẽ nõ deat q̃ntũ vis eã eleuare potes. ⁊ hoc in pr̃ima. Si aũt in pariete suo vi aut clã fenestrã feci: ĩmittẽdo tignũ in edes tuas: an sumptib⁹ meis tollere debeã qõ feci: cũ seruitutẽ mihi nõ debuisti ⁊ parietẽ reficere. dicit̃ q̃ sic. q̃ actõne non aperit. tu dic qõ interdicto qõ vi aut clam.

ſ Jin edibus. Habebã seruitutẽ in domo vicini alti⁹ nõ tollẽdi ꝺ debitã seruitutẽ eã vicin⁹ eleuauit: an possim cõpellere vt sumptib⁹ suis tollat qõ extruxit: q̃r̃it. dicitur q̃ sic. ⁊ hoc in p̃ma. si aũt nullã seruitutẽ mihi debuit q̃n alti⁹ q̃ntũ voluerit tollat ꝓhibere nõ potero. ⁊ b̃ in scõa.

ſ Jtibi. Debebas mihi seruitutẽ aqueduct⁹: nõ patieris me aquã ducere: ita q̃ nõ vtẽdo p. x. an. vel per xx. eã amisi: an vendicare possim: q̃r̃it. dicit̃ q̃ sic. Si ꝓbẽ mihi seruitutẽ debere: alioquin licuit tibi me ꝓhibuisse p opis ertinctionẽ qõ in agro tuo extruxisti.

p Er agrũ. Si p agrũ vicini tui vie vel act⁹ constituta sit seruit⁹ eã petere pores: alioq̃n p agrũ suũ ire vel agere eo inuito tibi nõ licebit. sed via publica ꝓhiberi nõ poterit.

n On mod⁹. Habebã ius aqueducẽde p p̃diũ tuũ ad p̃diũ meuz: postea acq̃siui alia p̃dia: an ad illa p̃dia aquã te inuito ducere possim: q̃r̃it. rñ. q̃ nõ.

ſ Jcut. In vsufru. amittẽdo certũ tps est cõstitutũ. ſ. x. an. inter p̃sentes. xx. inter absentes: ⁊ nõ biẽnale. in ĩmobilib⁹: vel annale in mobilib⁹ sicut olim: ita ⁊ in ceteris seruitutib⁹ amittẽdis idẽ obtinet vt in hoc sit similis causa cuiuslibet seruitutis differentijs relictis.

c Cum talis. Si quolibz quinquẽnio vna die p agruz tuũ ad siluã meã eundi mihi ius cõstituisti: ⁊ duobus q̃nquẽnijs cessauero: an mihi p̃iudicabo quo magⁱ fuitutẽ mihi cõstitutã videar amisisse: q̃ritur. dicit̃ q̃ nõ. sed si p quatuor q̃nquẽnia cessauero mihi p̃iudicabo. ⁊ hoc in p̃ma. Si iuxta areã meã in q̃ beneficio venti paleã a granis separare cõsueuit opus extruere voluisti: an ꝓhibere possim: queritur dicitur q̃ sic.

ſ Jquis. Dom⁹ tua debuit seruitutẽ domui mee alti⁹ nõ tollendi q̃ erat acq̃sita tpe: vis eã eleuare ꝺ seruitutẽ debitã: ꝺ te agã ꝓfessoria: ⁊ vincã si bona fidez habeo in p̃scribendo. i. si nõ vi. nõ clã. non p̃cario. vsus fui fuitute. Cel sic ꝓstituisti mihi seruitutẽ in domo tuo alti⁹ nõ tollẽdi: edificasti altius ꝺ seruitutẽ cõstitutã ⁊ longo tpe habuisti edificatũ si agã ꝺ te succũbã: si nec vi: nec clã: nec p̃cario sic edificatuz tenuisti. vel retẽto pr̃imo casu: si agã obtinebo: sed ita demũ si tu ꝺ quẽ p̃scripsi nõ possides vi: vel clã: vel p̃cario. qr sicut in eã seruitutẽ mihi nõ poteras ab initio cõstituere: ita p pr̃escriptionẽ meã seruitutẽ non querã.

¶ De lege aquil. Rub.

Jn silua mea cedua dãnũ dedisti ꝺ Amnum. eã incẽdisti vel excidisti q̃ actione mihi tenearis: q̃r̃itur. dicit̃ q̃ act. l. aquil. si ꝓbauero te mihi damnũ dedisse.

ſ Jlegis. Si ĩ domo mea mihi dãnũ dedisti eã incẽdẽdo vel deponẽdo: an act. l. aq̃l. te cõuenire possim. dicit̃ q̃ sic ⁊ si ab agro meo ope facto seu distracto aqua in alio deriuasti: an tenearis. dicit̃ q̃ sic. vt q̃cq̃d actũ sit in antiquũ statuz reducat̃: ⁊ vt dãnũ mihi resartiat̃ ꝓuidebat iudex. q̃ tũ actione tenearis hic nõ aperit. tu dic interdicto qõ vi aut clam. et hoc in secunda.

e Ex morte. Si ancillã meã nõ iure cecidisti an ciuiliter act. l. aquil̃. mihi tenearis: vt damnũ mihi resartiat̃: ⁊ nihilominus act. l. coꝛ. de sicc. te cõuenire possim: q̃r̃it. rñ. q̃ sic.

c Contra. Si in seruo titij nõ iure dãnũ dedisti cõuentus act. l. aquil. ꝓfessus fueris te dãnũ dedisse cõdẽnaberis in simplũ: si negauisti: ⁊ te damnũ dedisse titi⁹ ꝓbauerit in duplum teneberis.

d Petitorib⁹. Pecora mea inclusisti q̃ actione te conuenia ⁊ inquãtũ: q̃r̃it. dicit̃ q̃ act. l. aquil. ⁊ ad duplum post negationẽ de mendatio.

d Ebris. Si ad pascendas glandes in agrũ meuz porcos tuos ĩmisisti: q̃ act. mihi tenearis: q̃ritur. rñ. q̃ acti. l. aquil. ex sententia. q. d. non ex verbis.

¶ De familie herciscunde iudicio. Rub.

Si coheredes hereditatẽ paternã consensu diuiserũt: ex vtraq̃ parte interueniente ⁊ aliq̃s res reliquerit indiuisas: an p his diuidendis fami. her. iudicio agere possit: queritur. dicit̃ q̃ sic, nisi sup his lata fuisset snia: vel trãsactio interuenisset.

v Xor. Si testũ fecisti ⁊ duos heredes instituisti vel plures nõ curo: an in fa. herc. iudicio veniat dos quaz noie vni⁹ filij recepisti: querit̃. rñ. q̃ sic. ſ. recipiẽda: sed nõ diuidenda. vt. ff. eo. si filia. ⁊ hoc amplius siue adhuc cõstante matrimonio siue non vxor decessit.

a Uersus. Si duob⁹ vel plurib⁹ heredib⁹ institutis vnus ex illis a fratrib⁹ res de hereditate subtraxit: an

alij aduersus eum act.expilate hereditatis intentare possint qritur.dicit q nō.cū per fami.her.iudiciū indēnitati sue possint cōsulere:si eum subtraxisse pbauerint.

ſ Jfilius. Si filio tuo in sacris tuis cōstituto res mobiles:puta argentū:vel semouētia vt equū eunti in castra dedisti:an cū fratrib⁹ sint cōia:qritur.rñ.q nō.ſz si in castrensia bona tibi filio cōputent ad diuisionē.secus si ei fundum vel rē imobilē donasti.q illa veniūt in diuisionē cōem ⁊ hoc in ſcōa. Si aūt occasione militie aliq acquisiuit pdia a cōmilitone ea vt castrensia fratrib⁹ suis non cōmunicabit ⁊ hoc in tertia.

i Mipsius. Si testator pcepit in testō vt vn⁹ ex seruis suis in ppetuis staret vinculis:alius exportand⁹ venderet: ⁊ postea volūtatē suā muta uerit clemētia duct⁹:lz pbari nō possit p scriptura:sed alijs rōnibus q voluntatē suā mutasset:tū posterior sua voluntas seruanda est: ⁊ non venient hi serui in diuisionē cū alijs reb⁹ hereditarijs per iudiciū fami. herc.inter coheredes.

e Al. Per actionē famil.herc.res corporales diuidi debēt:nō aūt actiōes hereditarie.ſ.quo ad titulū: sed quo ad intellectū.⁊ b est qđ subijcit.q lex.xij.tabu.eas diuisiones p portionib⁹ hereditarijs.fecit em vt q̄libet heredū p portiōe sua act.habeat hereditarias:⁊ etiā ꝺ ipsuz denē.

ſ Jqua. Plurib⁹ relictis heredib⁹ vni aūt partē fundi plegauit:ille ad rē plegatā petitionē habebit:⁊ non veniet in diuisionē cū alijs coheredib⁹ p iudiciū fami.herc.⁊ b ꝓuidebit:vel iudex dat⁹ ad diuidendā hēditatē: vl̄ pses.

b Ona. Si aliq cū fratribus tuis habes cōia:siue ea sint paterna vel materna:vt ea diuidant vno eodem iudicio famil.hercīſ.impetrare poteris.

n On est. Si tu cū alio in hereditate aliq instituti vni⁹ fundi sciēs eū hereditariū:⁊ alīū in eo heredē esse fructꝰ pcepisti an ad eos tenearis vt in diuisionē cū ceteris bonis veniāt p iudiciū fami.her.arg.O.q sic:cū iudicium fami.her.sit bo.fi.⁊ portio hereditaria fructib⁹ augeat.

q Cotiēs. Paterfa.tres filios habēs ⁊ tria pdia:et in vnoquoq pdio tria mācipia:vnicuiq filioz certuz assignauit pdiū:cū mancipijs q in eo erant ⁊ decessit:an filij huic diuisioni quā pr̄ in testō fecit stare debeāt: qritur: dicit q sic.⁊ b in prima.Si aūt in iferiori parte testamēti sic dixit testator.rogo vos o filij de mancipijs q vobis reliqui q eos clemēter tractetis:an videat per hec verba mancipia q pri⁹ diuisit cōicasset:queritur.rñ.q non.⁊ hoc in ſcōa.

i Vter. Si paterfa.vel materfa.ab intestato decessit ⁊ filios vel filias reliquerit:in bonis eorū qliter inter liberos facienda est diuisio:qr̄ī.rñ.q p portionib⁹ virilibus

n On ideo. Duo fratres bona paterna inter se diuiserūt:an ob hoc q scriptura non interuenit diuisio sit min⁹ obseruanda:qritur.dicit q nō.cū fides ⁊c.q.d.cuz post diuisionē factā insecuta est possessio.q qlibz possessionē apprehendit.⁊ sic euidentia facti ꝓbat.

c Ertū. Si paterfa.habēs filios eos scripsit heredes an peculia ꝓfectitia q filij habēt veniāt in diuisionem cū ceteris bonis post mortē pr̄is:qritur.rñ.q sic.⁊ hoc in prima.Si aūt vn⁹ ex filijs viuente patre ⁊ ignorāte cū aliq contraxit:⁊ eius debitor factꝰ fuerit:an coheredes suos cōuenire possit:vt cōferāt illud debitū:qr̄ī.dicit q nō.nisi de peculio suo tm̄ recipiat inquātū ꝓis cū quib⁹ cōtraxit fuerit cōdēnatus.⁊ hoc in secunda.

ſ Jfamilie. Paterfa.decessit duob⁹ heredib⁹ relictis iudicio fami.her.hereditate inter eos diuisa:puta vt vn⁹ haberet pdia q erant vltra renū:⁊ alius citra:nec super euictione aliqd inter eos cōuenit:puta si pdiū aliqd vltra renū esset euictū:coheres q habebat citra ꝓ parte cognosceret.vel ecōtra:an eo obstāte q nō cōuenit cōpellet on⁹ euictionis subire:qritur.rñ.q sic.p actionē p̄scriptis verbis.

ſ Jdiuisionē. Duo fratres hereditatē paternā ex consensu suo diuiserunt:⁊ vnusquisq possessionē sue partis qntū cōtingebat appēhendit.decessit alter relicta filia:inuenit portionē patris sui ab alio fratre occupatā:an eā vēdicare possit:qritur.rñ.q sic.⁊ hoc in prima.Si aūt diuisio tantū verbis facta fuisset:hoc mō diuidam⁹ hereditatē: vel tm̄ de ea diuidenda cōuenerit:nec sequebat apprehensio ⁊ possessio nō fuit subsecuta.⁊ dominium nō erat qsitū patri nec filie;iudex fami.her.inter fratrē ⁊ filiam bona diuidet.

ſ Jlij. Si testm̄ fecisti ⁊ solēne: filij tui illud rescindere nō poterūt:nisi per inoffi.qrelā. Si aūt non solēne:puta adhibitis trib⁹ testib⁹ tm̄:⁊ in illa min⁹ solēni voluntate diuisionē bonorū tuor̄ inter eos fecisti: puta assignādo vni pdia q vltra renū erant:alij q erant citra:an iudex q cognouit fami.her.iudicio diuisionē factā in min⁹ sollēni voluntate bonor̄ tuor̄ inter eos seruare debeat: qritur.rñ.q sic.dū tamē vnusquisq fili⁹ nō hēat minus legitima: qđ si habeat ex senatusconsul.sibi supplebitur.

c Oheredib⁹. Si testator trib⁹ heredib⁹ relictis decessit:an duo absente tertio diuidere possint bona: qrīt. dicit q absenti portio quā habuit in reb⁹ cōibus ante diuisionē seruabit:⁊ eā cū fructibus percipiet: interim nō timēs pīudiciū sibi fieri per diuisionē ipso absente factam.

f Jlie. Si duab⁹ filiab⁹ heredib⁹ institutis:pater famil. decesserit:an res q̄s vni nostrū cōparauit noīe suo q̄si noīe filie post mortē suā cū alijs bonis veniant in diuisionē nisi ꝓbet pr̄em cōtrariū voluisse:qritur.dicit q nō.⁊ hoc q̄busdam rescriptis impatorū cōprobat:quib⁹ filia noīe cui⁹ res cōparabant aduersus soror̄ suā vti pōt.⁊ hoc in ꝓma. An aūt filia q in cōi hēditate sumptū bona fide fecit p portione cōsequi possit:queritur.dicitur q sic.famil.her.iudicio vel nego.gest.⁊ hoc in ſcōa.

i Mcerti. Duob⁹ heredib⁹ relictis decessit testator: et vn⁹ coheredū de reb⁹ hēditarijs:vel cōsumpsit vel deteriores fecit:an eaz rō sit habenda:⁊ alij coheredi indēnitas prestanda:querit.dicitur q sic.

i Mfamilie. Decessit titi⁹ relictis trib⁹ heredib⁹: vn⁹ rē cōem vendidit⁊ preciū recepit:q actione a coheredibus ad pciuz cōuenīri possit:qritur.distinguit:an rem cōem alienauerit noīe coheredis:aut noīe suo tm̄. In primo casu subdistingue.q aut habuit mandatū:aut nō.primo casu cōuenitur actione mādati.ſcōo casu:si alij coheredes ratā habēt venditionē veniēt act.neg.gest.nec veniet pciū in iudicio fami.herc.q forte venditio poterat p parte expedīri;si noīe suo cōueniatur ad pcium petitione hereditatis.

ſ Jcogitatione. Decessit paterfa.heredib⁹ relict⁹: cuilibet certas partes assignauit:puta oīa bona q erant vltra renū vni:alij q erāt vltra sagonā:⁊ q̄dā in mōtanis reliquit indiuisa.diuidēda tm̄ inter coheredes:an huic diuisioni stari debeat:qritur.rñ.q sic.nec iudex fami.her.eā imutabit.q bona q erant indiuisa diuidet inter coheredes p eqlibus portionib⁹:⁊ dictis diuisionib⁹ stabit:⁊ si vn⁹ habz minus sua legitima de portionib⁹ alior̄ suppleat:lz cū singuli instituunt:⁊ aliq eor̄ rogat vt sit cōtentus certa re q forte qrtā nature nō faceret:portio legitima a coheredib⁹ sibi cōplebitur.fm azo.⁊ hic casus verior est:qđ colligi potest ex illis verbis exēplo ⁊c.⁊ ex illis p virili.pterea ⁊c.

ſ Eruū. Decessit titius heredib⁹ relict⁹: vn⁹ seruū hereditariū per.x.vel.xx.an.possedit:alijs per errorē creditib⁹ eū ad coheredē ptinere:si postea apparuerit eū cōem fuisse:nō obstante p̄scriptōne longi tp̄is partes suas pōt vēdicare:⁊ portiones assignatas a lege.xij.tab.penes eos remanere debere manifestum est.

l Jcet. Decessit q̄s trib⁹ heredib⁹ relict⁹: duo a tertio stipulati erant vt creditoribus hereditarijs responderet ⁊ aliq dato pepigerunt vt eis satisfaceret:si fidē seruare nō vult:q act.q̄uenīri possit a ceteris coheredib⁹:qr̄ī.rñ. q licz pactū ab eis interpositū pīudicare non possit creditoribus: tm̄ coheres q ꝓmisit ad fidē seruandā cōueniet acti.ex stipulatu:si stipulatio interceſſerit;vel si nō interceſſit aget ex pacto incōtinenti apposito act.p̄script⁹ ꝟbis.hec dicit.

ſ Jliū. Paterfa.habuit q̄tercentū in bonis:⁊ habuit q̄tuor filios:vni filioz in vita sua dedit fundū valentē xl.ad sui sustentationē; postea cōdidit testm̄ ⁊ instituit equa-

ter q̃tuor filios.i. quẽlibet in centuz:cõputato fundo dato filio ad sustentationẽ in suis.c.ꝛ rogauit testator illũ filiũ cui dederat fundũ p fideicõ.vt restitueret coheredib⁹ suis ꝛ qui busdã extraneis suã partẽ hereditat⁊ sub cõditionib⁹:si nauis veniret ex asia.pceptis.ꝛ.a coheredib⁹:coheredes volũt dare.ꝛ.ita cõditionib⁹ existentib⁹ debet restituere coheredibus suã partẽ hereditat⁊:vult deducere q̃ttã qõ est:vñ debz deducere:ꝛ qualiter.dicit̃ q̄ debz cõputare in quartã illa.ꝛ. q̄ pceptur⁹ est a coheredib⁹ vel ab alijs. Jtẽ quartã partez prędij sibi dati q̃ est.ꝛ.ꝛ ita habet.xx. Jtẽ habz habere.v.in eodẽ fundo sibi dato ad supplemẽtũ.ꝛ ita debet.xxv. q̃ sunt quarta pars de centũ:residuũ de fundo debet restituere coheredibus.ꝛ hoc est qõ dicit.

e X cã. Decessit paterfa.relictis duob⁹ heredib⁹:sed tius portionẽ suã hereditariã repudiare vult:ꝛ ea que sibi pater dedit vel aliunde acq̃siuit retinere:an cõpelli deãt ea cũ coherede suo cõferre:queritur.rñ.q̄ non.

i Vter. Paterfa.incepit facere testũ:sed nõ cõpleuit ꝛ in hoc testõ impfecto tres instituit heredes:vel fecit codicillos adhibitis trib⁹ restib⁹:vel epl'am adhibitis forte duob⁹. Jn his voluntatẽ suã declarauit ꝛ designauit ex quanta parte voluit vnũquẽq; esse heredẽ:an talis dispositio valeat:q̃ritur.ꝛ dicit̃ q̄ sic.inter filios suos ꝛ emãcipatos ꝛ alios descẽdentes.s.q̃tũ ñ o ad extraneos:si cũ filijs erãt mixti nõ valet.ꝛ hoc in scda. Sequit̃ aut̃.si modo.

s J modo. Dicit̃ in.l.codicis q̄ volũtas testatoꝛis impfecta valet inter liberos. Aut̃.hec dicit hoc verũ esse limitãdo.l.codicis:si huic scripture impfecte subscripserit testatoꝛ:vel oẽs liberi:inter quos dz diuidi hereditas ista.

De cõmuni diuidundo. Rub.

f Rater tuus. Prędium tibi ꝛ sibi cõe frater vẽdidit:tibi nõ piudicat:sed tñ in parte sua nõ reuocabit̃ vẽditio.sed si p̃diũ illud cõe diuidi nõ põt:si plus obtuleris p ꝑte sua q̃ emptoꝛ p tua cõi diuidundo iudicio totũ p̃dium cõsequeris. Si diuidi põt media pars tibi adiudicabit̃.hec sunt vera:si patrem suã alienauerit lit.cõtes.post vero inuito fratre suo nõ põt.

s J pbatũ. Si vineã tibi ꝛ fratri tuo cõem frater tuus obligauit cũ obligare nõ potuit eã cuz fructib⁹ quos ex parte tua pcepit p̃ses tibi restitui iubeat. b̃ in prima. Jtẽ ages cõi diuidũdo aduersus creditoꝛẽ si pl⁹ p parte sua dare voluerís:q̄ ipse p parte tua.vñ partẽ fratris ꝛ tuã quam frater obligauit data et pecunia quã iudex statuet recuperabis:aut tua parte estimata:data tibi pecunia ad creditoꝛez fratris tui totã vineã transferre faciet.

a D officiũ. Si cũ fratre tuo res habes cões ad offm iudicis pertinet diuidere. Si aũt frater tu⁹ partẽ earũ vendidit:postea sunt tibi cões cũ emptoꝛib⁹:vñ cũ emptoꝛibus ages cõi diui.iudicio:si a cõione vel societate discedere velis.ꝛ hoc in scda.ꝛ si forte ager fuerit q̃ diuidi postulatur: nec cõmode diuidi põt:fiet extimatio ꝛ plus offerenti dabit̃ ꝛ in p̃cio alij cõdẽnabit̃.ꝛ hoc in secũda. Si aũt in licitando plus offeras:frater aũt volẽs plus offerre nõ habeat q̃d offerat supponere põt extraneũ emptoꝛẽ qui licitando pl⁹ offerat.ꝛ hoc in tertia.

s J maioꝛ. Bona tibi ꝛ fratri tuo cõia diuisisti:si scꝑtura in diuisione nõ interuenit:nec ob hoc rescindet̃.et b̃ in prima. Si vero minoꝛ fuisti cuz diuisisti:ꝛ te lesum ꝓbare possis:nec tpa restitutionis inuitis:egressus fueris restitueris.ꝛ hoc in scda. Si aũt bona cõia remanserũt inter vos:p̃ses puincie iubebit diuidi. Jtẽ doli ꝛ culpe rõ in hoc iudicio habetur.

s A cõione. Si cum sororꝛe tua res habebas cões si a cõione vis discedere potes:ꝛ eas inter vos diuidet p̃ses.q; pemo in cõione vel societate inuit⁹ detineri cõpellitur.

Cõmunia vtriusq; iudi. Rub.

d Juisionẽ. Habebã tecũ p̃dia cõia:iuder oriẽtalia mihi adiudicauit:occidẽtalia tibi.hec diuisio vicẽ emptõnis obtinet:puta ꝓpter euictionẽ ꝛ dominij translationẽ.

e Tiam. Habebã tecuz rẽ cõem:volebas a cõione discedere:abbas sancti ꝑculi nobis iudicẽ delegauit q̃ eam diuideret:qz eũ delegauit cui dandi iudicẽ licentia non fuit:an illa facta diuisio infirmari debeat:q̃ritur.dicit̃ q̄ nõ.

m Rioribus. Habebã tecũ rem cõem:dolo dante causam diuisioni:vel fraude incidẽte in ipsa diuisione:vl' perperã.qz reipsa erã decept⁹ vltra dimidiã sine iudice eam diuisi:an retractari possit.dicit̃ q̄ sic.etiã si maioꝛ fuissem ꝛc.

s J patruus. Cũ patruo meo habebã pecuniã cõem noie suo ex pecunia illa rẽ cõparauit:an rẽ illã cũ omniũ bonoꝛ socius nõ erat cõicare debet:queriť.dicit̃ q̄ non sed vt pecunia cõis diuidat̃ cõi diui.iudicio agere potero.

d Einstrumẽtis. Habebas p̃dia cũ fratrib⁹ tuis cõia ꝛ instra de his:volebas vt penes aliquẽ nostrũ deponerent̃ instra:q̃d iur⁊ fit:queriť.rñ.q̄ p̃ses puincie estimabit penes quẽ instra debeãt deponi:sed per quã actõnẽ hoc debeat cõsequi:nõ aperit. Tu dic cõi diui.q̃ nõ dat̃ ad diuisionẽ.sed ad iudicandũ penes quẽ instrumẽta debeãt collocari:qõ est spãle.ꝛ aliud est spãle.s.e.l.iij.vbi agitur non ad diuisionem:sed ne decipiatur.

s J cũ patruo. Habebas res cões cũ patruo tuo:volebas a cõione discedere:dedisti ei partẽ p̃redij vt iuraret se in diuisione dolũ nõ adhibiturũ. Si aũt non vult stare pactis:an tale pactum tibi debeat nocere quo mín⁹ possis petere q̄ res indiuise diuidant̃:q̃ritur.rñ.q̄ non.

s J fratres. Si frater tu⁹ p̃diũ p indiuiso tuũ:ignoraãte te obligauit:si diuisione facta portio sua a creditoꝛe euicta fuerit:si stipulat⁹ fueras de euictõne ages ex stipl'atione:si nõ ages p̃scriptis verbis ad interesse. Si vero te sciente obligauit si stipulatio de euictione fuerit iterposita ages alioquin non.

s J inter vos. Habebã cũ titio rẽ cõem:facta diuisione ꝛ cuilibet nostrũ portione sua assignata non vult titius stare diuisioni:an sit audiend⁹:queriť. dicitur q̄ non.

